Universitätsbibliothek Paderborn

Novæ Observationes Et Additiones Ad A. R. P. D. Bartholomæi Gavanti Congreg. Cleric. Regul. S. Pauli ac Sac. Rit. Congregat. Consultoris Commentaria In Rubricas Missalis Et Breviarii Romani

Adjectis Summorum Pontificum & Sac. Rit. Congreg. Decretis usque ad præsens emanatis

Complectens I. & II. Partem Commentariorum Gavanti in Rubricas Missalis - Cum Præfatione seu Præmonitione necessaria Bibliopolæ ad Lectorem

Merati, Gaetano Maria

Augustæ Vindelicorum, 1740

VD18 10783695-002

Mystica expositio Missæ secundùm ordinem totius vitæ Christi. XVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40113

Visual Library

factum eſt. Miſſa peracta, deſcendit Celebrans cum Miniſtris Sacris in planum, factis ibi debitis reverentiis ab omnibus Altari, Epiſcopo, & Choro. Epiſcopus autem, ſi cappa uſus eſt, deſcendit in planum, ubi orat in faldiſtorio; deinde abit, abeunte etiam Sacerdote cum ſuis Miniſtris. Si verò Epiſcopus uſus eſt pluviali, Celebrans cum debitis reverentiis recedit in Sacriſtiam; & Epiſcopus apud ſedem ſuam exſpoliatur Sacris veſtibus, & veſtitur cappa, ac vadit ad faldiſtorium, ubi orat, & recedit ſtipatus à cunctis Clericis, ut dictum eſt ſuprà, niſi aliqua Hora Canonica perſolvenda ſit; quo caſu aliqui remanent in Choro, & Officium abſolvant. Hæc omnia reſpectivè ſunt juxta diſpoſitiones Ceremonialis Papalis, & Epiſcoporum, & juxta conſuetudines Eccleſiarum Cathedralium Collegiatarum, necnon juxta placita Caſtaldi, Bauldry, Turrini, Biſſi, & aliorum.

Tit. XV. Ordo Miſſæ, & Partium ejuſdem additio, juxta ordinem temporum.

Tit. XVI. Myſtica Expoſitio Miſſæ, ſecundùm ordinem totius Vitæ Chriſti, quam repræſentat.

Tit. XVII. Canonis Expoſitio literalis, eorum nempe verborum, quæ ſunt difficilioris intelligentiæ.

Carent novis Obſervat. & Additionibus.

ADMONITIO.

In noſtris Obſervationibus ad Tit. V. primæ partis ſub n. X. attulimus Decretum emanatum die 12. Julii 1716. ex quo colligebamus, quòd Officium Duplex minus, occurrens in die, qua fit Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum, transferri debeat in primam diem non impeditam, &c. & quòd celebrentur Miſſæ omnes, ut in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum: ſed quia poſt impreſſionem dicti Tit. aliud emanavit Decretum ſub die 5. Maji Anni 1736. ideò lectorem remittimus ad ea, quæ dicemus in noſtris Obſervationibus ad tit. XVIII. partis IV. Commentar. Gavanti, inſcriptum - De Rubricis Miſſarum pro Defunctis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN